

Liber Sextus

Et sicut in euāgelio legit multos ad celeste prādiū inuitauit. Ni qui intrauerūt sunt lapides viui. de quib⁹ pmissum est Ne igit ad captiuitatē silez reuertamur ⁊ a nuptijs excludamur monet nos paulus i epistola pcidēti. Videte quō caute ambuletis nō quasi insipientes, sed vt sapientes. Introit⁹. Omnia que fecisti vob⁹ dñe in vera iudicio fecisti quia peccauimus tibi. Et mandatis tuis non obedimus. Et da glām nomini tuo. Et fac nobiscū secundū multitudinē misericordie tue. Oratio. Deus qui nos patrē omnipotentē habere tribuisti. Et spūm sanctū cordibus nr̄is infudisti. Da nobis quesumus. vt quod fide possidemus. operis veritate nō deseramus. Ad Ephesios. Fratres confortamini in dño. ⁊ in potentia virtutis eius. Induite vos armatura dei. vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Quoniā nō est nob⁹ colluctatio aduersus carnē et sanguinē. sz aduersus principes et potestates. aduersus mundi rectores tenebrarum harum. contra spūalia nequitie in celestibus. Propterea accipite armaturā dei. vt possitis resistere in die malo. et omnibus perfectis stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate. et induti loricā iustitie. et calciati pedes in preparatione euāgelij pacis. in omni autē oratione. et obsecratione orantes omni tempore in spū. et in ipso vigilantes in omni instantia et obsecratione pro omnibus sanctis. et pro me vt detur mihi sermo. vt aperiam in confidentia notum facere mysterium euāgelij. pro quo legatione fungor in catena. vt in ipso audeam sicut oportet me loqui. Alleluia. Dñe refugium factus es nobis. Tractus. Qui habitat in adiutorio altissimi. in protectione dei celi commorabitur. Dicet dño susceptor meus es. et refugium meum. deus meus sperabo in eum. Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium. et a verbo aspero. Scapulis suis obumbrabit tibi. et sub pennis eius sperabis. Scuto circumdabit te veritas eius. Non timebis a timore nocturno. a sagitta volante in die. a negotio perambulante in tenebris. ab incursu et demonio meridiano. Cadent a latere tuo mille. et decem milia a dextris tuis. ad te autē non appropinquabit. Verumtamen oculis tuis considerabis. et retributionem peccatorum videbis. Quoniam tu es dñe spes mea. altissimum posuisti refugium tuum. Non accedet ad te malum. et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniam angelis suis mandauit de te. vt custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te. ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Super aspidem et basiliscum ambulabis. et conculcabis leonem et draconem. Quoniam mihi adhesit. liberabo eum. protegam eum. quoniam cognouit nomen meum. Clamabit ad me. et ego exaudiam eum. cum ipso sum in tribulatione. eripiam eum. et glorificabo eum. longitudine dierum adimplebo eum. et ostendam illi salutare meum. Sequentia sancti euāgelij secundum Matheum. Cum appropinquasset ihesus hierosolimis. venit bethphage ad montem oliueti. tunc misit duos discipulos suos. dicens eis. Ite in castellum quod contra vos est. et statim inuenietis asinam alligatam. et pullum cum ea. solite et adducite mihi. et si quis vobis aliquid dixerit. dicite quia dñs his opus habet. et confestim dimittet eos. Hoc autē factum est vt adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem. Dicite filie syon. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus. sedens super asinam. et pullum filium subiugalis. Discipuli autē abeuntes fecerunt sicut precepit illis ihesus. et adduxerunt asinam et pullum. et imposuerunt super eos vestimenta sua. et eum desuper sedere fecerunt. Plures autē turbe straverunt vestimenta sua in via. alii autē cedebant ramos de arboribus. et sternebant in via. turbe autē que precedebant eum. et que sequebantur clamabant dicentes. Osanna filio dauid. benedictus qui venit in nomine dñi. Osanna in excelsis. Et cum intrasset ierusalem. commota est vniuersa ciuitas dicens. Quis est hic. Populi autē dicebant. Hic est ihesus propheta a nazareth galilee. Et intrauit ihesus in templum dei. et eiecit omnes vendentes et ementes in templo. et mensas numulariorum. et cathedras vendentium columbas subuertit. et ait illis. Scriptum est. Domus mea domus orationis vocabitur. vos autē fecistis illam speluncam latronum. Et accesserunt ad eum cecci et claudi in templo. et sanauit eos. Videntes autē principes sacerdotum et scribe mirabilia que fecit. et pueros clamantes in templo et dicentes. Osanna filio dauid. indignati sunt. et dixerunt ei. Audis quid isti dicunt. Ihesus autē dixit illis. Utique. Nunquam legistis quia ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem. Et relictis illis abiit foras extra ciuitatem in bethaniam. ibique mansit. Secreta. Hec hostia dñe quesumus. et nr̄a et populi tui sanctificet munera. vt sicut tuum nomen est qui vere hostia es. ita sacrificium nr̄um tibi placitum. et nobis fiat salutare. Communio. Dñe in tua misericordia habitabo. in timore tuo adorabo templum sanctum tuum. Postcommunio. Quesumus omnipotens deus. vt quos tuis reficis sacramentis. tibi quoque placitis moribus deseruire concedas. Per dñm.

De dominica. XXI

In precedenti dominica instructi sumus ⁊ āmoniti vt caute eam⁹ ad nuptias q̄ celebrāt i tēplo q̄ō ōscēpsit ezechiel. Sz qr̄e de his nuptijs maxie iuuet nob⁹ dyabol⁹ p eo q⁹ de illis eiect⁹ fuit. ideo i hac. xxi. dominica agit ecclia ō bello ptra dyabolū ⁊ de armatura nra ptra eū. Si enī pugnauerim⁹ itererim⁹ et nisi nuptijs. si tñ habuerim⁹ vestē nuptialē. que ē caritas aliter nō. Unde q̄ cinis ⁊ cilicium sūt arma penitētie. ideo i introitu vtit ecclia voce marthei i cilicio ⁊ cinere existētis dicēs de eo. In volūtate tua dñe omnia sūt posita. et nō ē q̄ resistat volūtati tue. hester xiij. ca. Scpt. Quoniā dñs vniuersorū tu es. ⁊ ideo beati q̄ tibi seruiūt. q̄r tu liberas eos de manu dyabolī ⁊ adiuuas eos in bello ptra dyabolū sicut i hac oratione liberasti mardochēū ō manū amā. ⁊ suspēsi⁹ ē i patibulo q̄ō pauerat mardocheo In epla monet ap̄s armari ptra dyabolū armatura dei dicēs. Cōfortamini i dño ⁊ in potētia vtutis ei⁹ ⁊c. que ē ad ephe. vi. c. Et post. Quoniā nō ē nob⁹ colluctatio adūs⁹ carnē et sanguinē sz aduersus spūalia neqcie i celestib⁹ i oib⁹ sumētes scutū fidei ⁊c. Sed q̄r etiā bñ armati nō psit p se resistere nisi de⁹ adiuuet. sequit Dñe refugium factus es nobis ⁊c. q̄r si lassamur vel sautiamur in hoc bello non est refugiū nisi ad ipm. Unde sequit in q̄busdā ecclesijs alla Lauda aia mea dñm Quia vero sauciati in hoc bello nō sanāt nisi a dño ⁊ multi ab eo sananť: ideo in quibusdā ecclesijs sequit euāgeliū de sanatiōe filij reguli. Erat quidā regulus cuius fili⁹ infirmabat ⁊c. q̄ō est iob: ut: ca. Per istū regulū intelligunt reges: sī plat: q̄ reges sūt: ⁊ debēt esse humiles: ⁊ ita sūt reguli: vñ exaudiunt: licet habeāt paruā fidē p sanatione filioꝝ. Credebat enī iste regul⁹ q⁹ dñs poterat sanare filium suū: sz nō credebat q⁹ esset de⁹: q̄r credebat q⁹ nō posset sanare nisi dñs. Dūlitas ē valde necessaria est plat. Quia vero p patiētiā maxime vincit diabol⁹: ponit i offertorio iob in exemplū. Unde in sapia. Melior est patiēs viro forti et qui dñat aīo suo expugnatore vrbiū Et incipit. Vir erat i terra hus noie iob ⁊c. In verbis aūt huius offertorij fit sepeverbor repetitio. de q̄ dictū ē sub dñica scda post octauā epiphanie. Sz q̄r nihil valz patiētia nisi homo speret in dño: sequit post cōmunio. In salutare tuū aīa mea iperauit ⁊c: q̄r spes patientiā opatur.

De dominica. XXII.

Dictum est quod nullus pōt interesse eternis nuptijs nisi habeat vestē nuptialez q̄ est caritas: et ideo in hac vicesimasecūda dominica monemur ⁊ inuitamur ad habēdaz caritatē: nō vt tñ bene faciam⁹ primo: sed etiā dimittam⁹ iniurias nobis ab eo factas. Unde in quibusdā ecclesijs euāgeliū ē de seruo qui debebat decez milia talēta: cū quo posuit dñs rationez et ille dixit. Patientiā habe in me ⁊ oīa reddā tibi: et misert⁹ dñs ei⁹ dimisit eū ⁊ debitū dimisit ei ⁊c. ⁊ incipit. Simile est regnū celoꝝ homini regi q̄ voluit rationē ponere cū seruis suis: q̄ō ē matth: xviij: ⁊c. Siquidē in die iudicij ponet dominus rationē nobiscū et null⁹ poterit cōputare cū eo: q̄r de tpe quo reddet hō rationē q̄ō tā bonū ē q⁹ in quolibet mo-

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-124/0480
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG